



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



Тем, что эта книга дошла до Вас, мы обязаны в первую очередь библиотекарям, которые долгие годы бережно хранили её. Сотрудники Google оцифровали её в рамках проекта, цель которого – сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Эта книга находится в общественном достоянии. В общих чертах, юридически, книга передаётся в общественное достояние, когда истекает срок действия имущественных авторских прав на неё, а также если правообладатель сам передал её в общественное достояние или не заявил на неё авторских прав. Такие книги – это ключ к прошлому, к сокровищам нашей истории и культуры, и к знаниям, которые зачастую нигде больше не найдёшь.

В этой цифровой копии мы оставили без изменений все рукописные пометки, которые были в оригинальном издании. Пускай они будут напоминанием о всех тех руках, через которые прошла эта книга – автора, издателя, библиотекаря и предыдущих читателей – чтобы наконец попасть в Ваши.

Правила пользования

Мы гордимся нашим сотрудничеством с библиотеками, в рамках которого мы оцифровываем книги в общественном достоянии и делаем их доступными для всех. Эти книги принадлежат всему человечеству, а мы – лишь их хранители. Тем не менее, оцифровка книг и поддержка этого проекта стоят немало, и поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые меры, чтобы предотвратить коммерческое использование этих книг. Одна из них – это технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас:

- **Не использовать файлы в коммерческих целях.** Мы разработали программу Поиска по книгам Google для всех пользователей, поэтому, пожалуйста, используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- **Не отправлять автоматические запросы.** Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого рода. Если Вам требуется доступ к большим объёмам текстов для исследований в области машинного перевода, оптического распознавания текста, или в других похожих целях, свяжитесь с нами. Для этих целей мы настоятельно рекомендуем использовать исключительно материалы в общественном достоянии.
- **Не удалять логотипы и другие атрибуты Google из файлов.** Изображения в каждом файле помечены логотипами Google для того, чтобы рассказать читателям о нашем проекте и помочь им найти дополнительные материалы. Не удаляйте их.
- **Соблюдать законы Вашей и других стран.** В конечном итоге, именно Вы несёте полную ответственность за Ваши действия – поэтому, пожалуйста, убедитесь, что Вы не нарушаете соответствующие законы Вашей или других стран. Имейте в виду, что даже если книга более не находится под защитой авторских прав в США, то это ещё совсем не значит, что её можно распространять в других странах. К сожалению, законодательство в сфере интеллектуальной собственности очень разнообразно, и не существует универсального способа определить, как разрешено использовать книгу в конкретной стране. Не рассчитывайте на то, что если книга появилась в поиске по книгам Google, то её можно использовать где и как угодно. Наказание за нарушение авторских прав может оказаться очень серьёзным.

О программе

Наша миссия – организовать информацию во всём мире и сделать её доступной и полезной для всех. Поиск по книгам Google помогает пользователям найти книги со всего света, а авторам и издателям – новых читателей. Чтобы произвести поиск по этой книге в полнотекстовом режиме, откройте страницу <http://books.google.com>.

4^o Mapp.

135

e

9 Fi



10115

113

Geo. W. C. L.

4 1/2 pp. 1880

Particulars

AD TYPVM ORBIS A POMPONIO MELA PROPOSITVM.



Valde errauit Abrahamus Ortelius. Vir, dum vixit, nobis amicus, & in Geographia Vetere exercitatissimus, qui libris Pomponij Melæ DE SITV ORBIS, quos Andreas Schottus, Anno M. D. LXXVII. Antuerpie edidit, Tabulam Geographicā præfixit hoc titulo, ORBIS TERRARVM HUNC TYPVM SECVDVM POMPONII MELÆ TRADITIONEM DELINEABAT AB. ORTELIVS. Posuit ille in ea Tabula tres orbis partes integras, Europam, Asiam, atque Africam; Circulum autem Æquinoctialem distinxit per Gradus longitudinis in CLXXX. segmenta, quemadmodum etiam oram superiorem & inferiorem eius descriptionis: Ad latera verò posuit gradus Latitudinis, partem quidem Borealem extendens ad gradum vsque LXXIV. partem verò Australem ad gradum xxxvii. Videtur autem in hac sua descriptione sequutus Tabulam Basileæ æditam ab Henrico Petri Anno M. D. LXIV. Sed in hac delineatione plura me offendunt. Primum, artis & disciplinæ Geographicæ aperta nimis manifestatio; quæ in Mela est nulla. Quid enim attinebat Gradus illos ponere? Quid Parallelos, decem gradibus discretos ducere? Quid Meridianos, à quibus Paralleli secantur apponere? Circulos, Æquinoctialem, Tropicos, Cancrici & Capricorni definire, quum nulla istorum omnium sit mentio apud Melam? Alterum quod me offendit, est, extensio oræ Australis in Africa etiam trans Tropicum Cancrici, quum Mela neget loca illa adiri posse, tum ob Solis calores, tam ob intercedentem Oceanum. Debebat igitur oram Africæ ibi refecare, & in Zona torrida ponere Oceanum, qui terras in duo latera, quæ ipse Hemisphæria vocat, distinguit. Sed & illud me offendit, quod multa posita à Mela præterit, vt, Cæli ambitum, Regines vel partes cæli, Zonarū ordines, Terræ in duo Hemisphæria diuisionem, Antichthonum sedem, aliaque. Nos ad Melæ mentem Tabulam nostram descripsimus: vt que id appareat, fuerit ex re verba Melæ ascribere. *Omne igitur hoc, inquit, quicquid id est, cui Mundi calique nomen indidimus, vnum est, & vno ambitu se cunctaque complectitur: Partibus differt. Vnde Sol oritur, Oriens nuncupatur, aut ortus: quo demergitur, Occidens vel Occasus; qua decurrit, Meridies, ab aduersa parte Septentrio. Huius medio terra sublimis, cingitur vndique mari, eademque in duo latera, quæ Hemisphæria nominantur, ab Oriente diuisa ad Occasum, Zonis quinque distinguitur. Mediam æstus infestat: frigus vltimas. Reliquæ habitabiles, paria agunt anni tempora, verum non pariter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus. Illius situm ob ordorem intercedentis plagæ incognito, huius dicendus est.* Conferantur verba ista Melæ cum Tabula nostrâ, statim patebit, nos ipsius mentem adsequutos esse, & ex ipsius mente Tabulam formasse. Facit autem ea res plurimum ad veteris Geographicæ notitiam. In eo tamen valde errat Pomponius, quod mediam Hemisphærij sui partem vocat Hemisphærium: quum ea quartam duntaxat referat totius Sphæræ partem. Nam Sphæræ totius partes sunt in natura duæ, Vna continēs orbem nostrum, altera continens orbem Americanum. Nostri Hemisphærij rursum duæ sunt partes, Arctica & Antarctica. Ille Arctoam partem vocat Hemisphærium: quasi si pars nostra totam Sphæram constitueret.

ORBIS TERRARVM EX MENTE POMPONII MELAE DELINEATVS A P. BERTIO.
 Christianissimi SEPTENTRIO Regis Geographo



Rememendo de
 spectate pichetis atq. era
 libani vno dn. ANNO 1697.
 TO Societate Iesu Theologo, jam olim
 de PONTONIO MELAE, et omni Geo-
 graphia veteri, abq. terris humanior:
 bus optime merito, PINACULA istius
 a se delineatum dicant & Beatus
 Christianissimi Regis Geographus,
 Anno cdo dc xxviii.

Caesari
 MELCHIOR TAVERNIER
 Lutetiae Parisiorum.
 Anno 1697.



AD FVNDAM POSIDONII.



NON dubitauerunt prisca Sapientes, quin moles ista ex terra & aqua cōstans, quæ aëre vndique, po-
 stea igne, tum cœli globis cingitur, esset rotunda, quū & ipse hominū de ea loquentium consen-
 sus Sphæram, orbem, globum, pilam appellaret, multæque rationes atque argumēta euincerēt,
 talem esse eius figuram. Quin & Mechanici Astronomi & Geographi quoties repræsentanda
 esset totius istius molis ad cælum ambiens constitutiō, semper Sphæris vsū sunt, in quibus regio-
 nes sibi cognitæ, quatenus id loci angustia patiebatur, depingebant, habita exacta ratione longi-
 tudinum & latitudinum; fuitque ipsorum in hac re studium nostri xui studio multò accuratius. Quantum enim
 curæ putamus & temporis ab illis impensum, ad cognoscendas locorum positioes, ad parallelas, & climata
 designanda, habita incrementorum decrementorum dierum noctiumque ratione, vmbraarum quoque discrimina
 adnotanda, atque alia eius generis plurima? Quocirca non est putandum, Posidonium, virum exactæ diligentia,
 & magni in hac doctrina iudicij, credidisse, orbem terrarum habere figuram fundæ, aut melius fundæ quam or-
 bis specie describi: sed quum pigeret, quæcumque in Sphæra erant vacua, proponere populo spectanda, nam ex
 vacuo nihil discitur, velletque partes tantum habitabiles oculis subijcere, relictis cæteris, quæ vel ignotæ adhuc
 erant, vel non putabantur posse ob æstus & f. igora habitari, vidit se eo perductum, vt quod reliquum erat sibi
 cognitum, aliquo modo fundæ speciem referret. Differunt autem *κόσμος, & οἰκουμένη*. Positis igitur in tali figura
 partibus præcipuis maximèque notis, remotiora minusque cognita ad eandem figuram nonnihil contorsit, sicut
 à nobis ex ipsius mente in hac Tabula factum est. Non dubitasse autem Posidonium de figura terræ Sphærica, ap-
 pareret ex iis quæ Strabo citat ex libro eius Περὶ Ὀκεανῶν, in quo hypothesein istam toti suæ disputationi sustrauisse
 scribitur, ἢ γὰρ ὄλλω esse σφαιροειδῆ, κατὰ τὴν καὶ τὸν κόσμον. itemque ex eo quod dissidens à Polybio negauerit
 habitationem sub Æquatore esse editissimam, hoc potissimum argumento ductus, quod in corpore Sphærico
 quale est terræ, nihil potest dici elatum, quia in ea extrema omnia pari intervallo distant à centro. Verba eius hæc
 fuerunt ὅτι γὰρ ἔστι καὶ ἢ σφαιρικῶς ἑπιφανείαι ὑψος, ἀλλὰ ἢ ὁμαλότητα, citata à Strabone libro secundo Geo-
 graphiæ. Posidonius igitur in Tabula sua non totius orbis situm faciemque exhibuit, sed partes tantum eo tem-
 pore cognitæ. Vixit autem tempore Ciceronis & Pompeij, itaque & ille ipsius facit aliquoties mentionem, & iste
 quum aduersus Mithridatem tendens Rhodum venisset, ibique honoris causa ipsum compellasset, rogassetque
 numquid in illis Asiæ partibus ad quas iret mandatum vellet, retulit ab ipso Homericum illud, Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ
 ἢ παρέρχον ἔμμεναι ἄλλων, ex Iliade ξ. De Funda autem Posidonij quam depinximus sic scribit Eustathius Ar-
 chiepiscopus Thessalonicensis in versum Dionysij quem Tabulæ incidi iussi. Δίκω σφειδῶν. Τοιαύτη γὰρ ὁ
 γῆμα ἢ οἰκουμένη γῆ, κατὰ καὶ ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΩ δοκεῖ. Σφειδῶν δὲ ἢ οἰκουμένη εἰκάζει ὁ Διονύσιος, ἢ τῆ
 λιθοβολῶν ἢ ἀφ' ἢ καὶ αὐτῆ τῆ σφειδῶν ἢ δακτυλίσ. Εἰ δὲ τις ὀκνεῖ τοῦ τοῦ ἢ ἀφ' ἢ ἀφαιρέσθαι καὶ ἢ δακτυλίσ
 σφειδῶν καὶ ἢ ὀκνεῖ

AD FVNDAM POSIDONII.



NON dubitauerunt prisci Sapientes, quin moles ista ex terra & aqua cōstans, quæ aëre vndique, postea igne, tum cœli globis cingitur, esset rotunda, quū & ipse hominū de ea loquentium consensus Sphæram, orbem, globum, pilam appellaret, multæque rationes atque argumēta euincerēt, talem esse eius figuram. Quin & Mechanici Astronomi & Geographi quoties repræsentanda esset totius istius molis ad cælum ambiens constitutio, semper Sphæris vsū sunt, in quibus regiones sibi cognitæ, quatenus id loci angustia patiebatur, depingebant, habita exacta ratione longitudinum & latitudinum; fuitque ipsorum in hac re studium nostri xui studio multò accuratius. Quantum enim curæ putamus & temporis ab illis impensum, ad cognoscendas locorum positiones, ad parallelos, & climata designanda, habita incrementorum decrementorum dierum noctiumque ratione, vmbRARUM quoque discrimina adnotanda, atque alia eius generis plurima? Quocircà non est putandum, Posidonium, virum exactæ diligentia, & magni in hæc doctrina iudicij, credidisse, orbem terrarum habere figuram fundæ, aut melius fundæ quam orbis specie describi: sed quum pigeret, quæcumque in Sphæra erant vacua, proponere populo spectanda, nam ex vacuo nihil discitur, velletque partes tantum habitabiles oculis subijcere, relictis cæteris, quæ vel ignotæ adhuc erant, vel non putabantur posse ob æstus & frigora habitari, vidit se eo perductum, vt quod reliquum erat sibi que cognitum, aliquo modo fundæ speciem referret. Differunt autem κόσμος, & οἰκουμένη. Positis igitur in tali figura partibus præcipuis maximè que notis, remotiora minusque cognita ad eandem figuram nonnihil contorsit, sicut à nobis ex ipsius mente in hac Tabula factum est. Non dubitasse autem Posidonium de figura terræ Sphærica, apparet ex iis quæ Strabo citat ex libro eius Περὶ Ὀκεανῶν, in quo hypothesin istam totius suæ disputationi sustrauisse scribitur, ἢ γὰρ ὄλιγω ἔσσι σφαιροειδῆ, κατὰ τὴν καὶ τὸν κόσμον. itemque ex eo quod dissidens à Polybio negauerit habitationem sub Æquatore esse editissimam, hoc potissimum argumento ductus, quod in corpore Sphærico quale est terræ, nihil potest dici elatum, quia in ea extrema omnia pari intervallo distant à centro. Verba eius hæc fuerunt οὕτως γὰρ ἔστι καὶ τὸ σφαιρικὸν ὑψηλὸν ὑψὸς, ἀλλὰ τὸ ὀμαλότητα, citata à Strabone libro secundo Geographiæ. Posidonius igitur in Tabula sua non totius orbis situm faciemque exhibuit, sed partes tantum eo tempore cognitæ. Vixit autem tempore Ciceronis & Pompeij, itaque & ille ipsius fæcit aliquoties mentionem, & iste quum aduersus Mithridatem tendens Rhodum venisset, ibique honoris causa ipsum compellasset, rogasset que numquid in illis Asiæ partibus ad quas itet mandatū vellet, retulit ab ipso Homericum illud, Αἰὲν ὄριον ἔστι καὶ ἰσχυρὸν ἔμμεναι ἄλλων, ex Iliade ξ. De Funda autem Posidonij quam depinximus sic scribit Eustathius Archiepiscopus Thessalonicensis in versum Dionysij quem Tabulæ incidi iussi. Δίκλιον σφειδῶνης. Τοιαύτη γὰρ ἔστι γῆ ἢ οἰκουμένη γῆ, κατὰ καὶ ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΩ δόξει. Σφειδῶνη δὲ τὸ οἰκουμένην εἰκάζει ὁ Διονύσιος, ἢ τὸ λιθόβολον ἔργον, αἶψα, ἢ καὶ αὐτῇ τῇ σφειδῶνι ἢ δακτυλίῳ. Εἰ δὲ τις ὀκνεῖ τοῦ τοῦ ἑσπέρου ἔργου, ἀφαιρεῖσθαι καὶ τὸ δακτυλίον σφειδῶνος καὶ τὸ ἄλλο.

ΣΦΕΝΔΟΝΗ, hoc est, FVND
 POSIDONII

DELINEATA A P. BERTIO Christianissimi Regis LVDOVICI XIII.
 Geographo & Professore.



DIONYSIVS EN TH OIKOYMENHE PERIHGHEEI
 Πᾶσα γὰρ χθών, ἀπὸ τῆς νῆος ἀπειρίτος, ἐσθάνωται
 Ὁ μὴ πᾶσα διαγῶ περιδρομος, ἀλλὰ διαμύσσει
 Ευρυτέρη βεβραῖνα πρὸς κελύϊο κελύϊου
 ΣΦΕΝΔΟΝΗ εἰκονῆα

Caravit
 LVETIAE PARISIOR.
 MELCHIOR TAVERNIER
 Anno MDCCXVIII



Artificium conficiendi Tabulam vniuersalem.

EX CL. PTOLEMÆI GEOGRAPHIÆ lib. I. cap. XXIV.



Incipio fiat Canon seorsim, quem diuidas in parteis cxxxī. cum vnâ tertiâ, ita vt trans Æquatorem ponas gradus xv. cum vnâ tertiâ, cis eū verò pro nostro Hemisphærio gradus cxvi. et si nonaginta duntaxat ad punctum Polo subiectum ab Æquatore numerentur.

2 Postea ducatur Quadratum Parallelogrammum rectum, $\alpha\gamma\delta$, cuius latus $\alpha\gamma$ & δ respondeat cxv. gradibus Canonis: latus verè $\alpha\epsilon$ duplum sit ad latus $\epsilon\delta$ Diuidaturque illud in duo æqualia Quadrata per lineam $\epsilon\zeta$.

3 Linea illa $\epsilon\zeta$ per tertiam sui partem vel paulò amplius extendatur vsque in ν , vt scilicet ν habeat xxxiv. partes tales, quales sunt per lineam $\nu\zeta$.

4 Hic ν erit pro centro Parallelorum ducendorum: quorum $\theta\kappa\lambda$ is qui transit per Rhodum, distabit à centro ν gradibus lxxix. At $\xi\omicron\tau$, qui per Thulen, gradibus lxi. Rursum, $\omicron\chi\psi$ qui per Meroën, gradibus cxvii. Æquinoctialis $\rho\sigma\tau$, aberit gradibus cxv. Is verò qui per Oram Meroë oppositam, scilicet $\mu\nu\nu$, gradibus cxxxī. Sic enim futurū est, vt Polus concipiatur gradu xc. Æquator autem sit initium dimensionis latitudinis.

5 Meridianos sic formato. Excipe circino spatium xl. graduum ex Canone; illudque spatium colloceat in Parallelo $\theta\kappa\lambda$, qui est $\Delta\iota\alpha\ \rho\acute{o}\delta\upsilon$ vel circiter, diuide in partes æquales quinque, eodemque modo diuide quicquid reliquum est eius Paralleli. Similiter Æquinoctialem diuide in partes xviii. æquales. Postea ducantur lineæ rectæ per singula puncta pertingentes vsque ad Parallelum $\xi\omicron\tau$ qui est per Thulen. Idemque facies in parte aduersi Hemisphærij, ita vt singulis Parallelis tribuas gradus cxc.

6 Ducantur, si voles, reliqui etiam Paralleli, hoc ordine, Primus esto per Sinum Aualitem. 2. Per Ceilon, non nominatus Ptolemæo. 3. Per Sinum Adulicum. 4. Per Meroën, iam descriptus. 5. Per Nabatha. 6. Per Syenen. 7. Per Thebaïden. 8. Per Alexandriam. 9. Per Phœnicen. 10. Per Rhodum, iam positus. 11. Per Smyrnam. 12. Per Helespontum. 13. Per Byzantium. 14. Per medium Pontum. 15. Per Borysthenem. 16. Distet gradibus lxi. ab Æquatore. 17. gradibus liv. 18. gradibus lvi. 19. gradibus lviii. 20. gradibus lxi. 21. Per Thulen. $\Delta\iota\alpha\ \theta\acute{\upsilon}\lambda\eta\varsigma$ gradibus lxi.

7 Ei Tabulæ inscribantur postea concinnè omnes cognitarum Ptolemæo terrarum oræ, cum Promontoiris, sinibus, pelagis, vrribus, in sua longitudine & latitudine, iuxta designationes Ptolemæi. Quo verò Tabula erit maior, eo plura capiet loca, & clarius cuncta oculis subiiciet. Nos vnâ fecimus longam pedes quinque.

PINAX PTOLEMAICVS CHLAMYDOIDES

continens contractam ex ipsius mente orbis tunc cogniti descriptionem.
 delineatus a P. BERTIO Christianissimi Regis Cosmographo



- | | | |
|---|--|--|
| <p>1. Tabula habet Saenam Europam ex lib. III. cap. 5. & 6.</p> <p>2. Tabula habet Galliam Europam ex lib. III. cap. 7. & 8. & 9.</p> <p>3. Tabula habet Hispaniam Europam ex lib. III. cap. 10. & 11. & 12.</p> <p>4. Tabula habet Italiam Europam ex lib. III. cap. 13. & 14.</p> <p>5. Tabula habet Aegyptum Europam ex lib. III. cap. 15. & 16.</p> <p>6. Tabula habet Indiam Europam ex lib. III. cap. 17. & 18.</p> <p>7. Tabula habet Sinaem Europam ex lib. III. cap. 19. & 20.</p> | <p>8. Tabula habet Scythiam Europam ex lib. III. cap. 21. & 22.</p> <p>9. Tabula habet Persiam Europam ex lib. III. cap. 23. & 24.</p> <p>10. Tabula habet Arabiam Europam ex lib. III. cap. 25. & 26.</p> <p>11. Tabula habet Aethiopiā Europam ex lib. III. cap. 27. & 28.</p> <p>12. Tabula habet Indiam Europam ex lib. III. cap. 29. & 30.</p> <p>13. Tabula habet Sinaem Europam ex lib. III. cap. 31. & 32.</p> <p>14. Tabula habet Aethiopiā Europam ex lib. III. cap. 33. & 34.</p> <p>15. Tabula habet Indiam Europam ex lib. III. cap. 35. & 36.</p> <p>16. Tabula habet Sinaem Europam ex lib. III. cap. 37. & 38.</p> <p>17. Tabula habet Aethiopiā Europam ex lib. III. cap. 39. & 40.</p> | <p>18. Tabula habet Indiam Europam ex lib. III. cap. 41. & 42.</p> <p>19. Tabula habet Sinaem Europam ex lib. III. cap. 43. & 44.</p> <p>20. Tabula habet Aethiopiā Europam ex lib. III. cap. 45. & 46.</p> <p>21. Tabula habet Indiam Europam ex lib. III. cap. 47. & 48.</p> <p>22. Tabula habet Sinaem Europam ex lib. III. cap. 49. & 50.</p> <p>23. Tabula habet Aethiopiā Europam ex lib. III. cap. 51. & 52.</p> <p>24. Tabula habet Indiam Europam ex lib. III. cap. 53. & 54.</p> <p>25. Tabula habet Sinaem Europam ex lib. III. cap. 55. & 56.</p> <p>26. Tabula habet Aethiopiā Europam ex lib. III. cap. 57. & 58.</p> <p>27. Tabula habet Indiam Europam ex lib. III. cap. 59. & 60.</p> |
|---|--|--|



ORBIS STANS QUOMODO IN DVOBVS HEMISPHERIIS
PLANIS DESCRIBATUR, ita vt Poli pro centro sint, Æquator pro peripheria.




Es est ad motum impedita & perquam difficilis, orbem terrarum eiusque partes describere, & quod in Natura cernitur, exactè in Globo aut Tabula spectandum repræsentare, obseruato partium omnium situ, & figura, præcipuorumque locorum, vtputa, marium, fluminum, promonteriorum, sinuum, montium, opidorum positione, cum suis longitudinibus, latitudinibus, interuallis, & respectu ad partes cæli. Prima & naturæ proxima ratio est SPÆRICA. Secunda, ea, quæ ad Spheram maximè accedit, ducta in plano, vel Tabula, quam idcirco vulgus Planisphæricam vocat. Sunt autem eius modi duo; Vnus, qui Sphæram secatur in Æquatore, & duo efficit Hemisphæria plana, quorum in singulis Polus centri loco est, Circulus autem Æquinoctialis loco peripheriæ: Alter, qui Sphæram secatur in aliquo Meridiano, ita vt Poli in singulis Hemisphæriis supra infraque compareant in extremitate axis, Arcticus & Antarcticus. Nam Sphære iacentis siue rectæ, itemque Sphære sedentis siue obliquæ, typi, vno conspectu dari non possunt. Sed quicumque Globum terræ instituerit in plano describere, deprehendet, fieri id vno circuli ambitu non posse. Quocirca meritò notauimus errorem illum in Mela. Credidit enim se totum orbem dare, quum mediam duntaxat eius partem daret, ex quo illud etiam sequebatur, vt quartam orbis partem vocaret Hemisphærium, sicut suo loco ostendimus. Duorum autem horum modorum, quos dixi, describendi orbem in duobus Planisphæriis, is est certior & Verior quem nunc damus. Nam in eo 1. Paralleli omnes veri sunt Paralleli, paribusque interuallis vndique & à se inuicem, & ab Æquatore distant. 2. Meridiani quoque omnes ab Æquatore ad Polum, in quo finiuntur, pari modo progrediuntur. 3. Graduum longitudinis in Æquatore, & Graduum latitudinis in Meridianis eadem dimensio & quantitas est. Potuissent in eo Tropici notari Cancræ & Capricorni, nisi nos loci id molientes impediuisset angustia: Qui maiorem Pinacem formabit, poterit id quod nos omisimus, supplere. In tali ergo tabula ita præparata non erit difficile Maria & Terras describere. Et miror, cur ista neglecta, plerique hodie Mechanici alteram vulgent, in qua neque tantum veritatis est, neque tantum ad finitatis cum natura. Video tamen illam placuisse Guilielmo Postello, eiusque enarratori atque interpreti Iacobo Seuertio, qui libris tribus Lutetiæ editis eius Tabulæ vsum est persequutus. Consulente sibi & publico Mechanici, si modum istum orbi reddant familiarem. Quo verò erunt maiores isti Pinaces, eo erunt capaciores & ad vsum magis accommodati. Nos hic Lutetiæ positi, nihil amplius potuimus, ob odiosissimas lites quæ inter Chalcographos & typhotetas Librariosque intercedunt. Qui volet, poterit ad nostrum hoc exemplum vel maximam Tabulam concinnare. Habet tamen Modus iste suos quoque defectus, quorum præcipuus is est, quod gibbum terræ non repræsentet. Amittitur enim in plano Pinace quicquid vel supra eum existat, vel infra eam subsidit: quocirca æqui Spectatoris est, mente illud supplere, & plus animo concipere quam oculis videat: ad quam rem non parum conducent ea quæ de peripheriæ orbis mensura adnotauimus. Poterit aliquis duo Hemisphæria gibbosa facere, secto orbe in Æquatore: neque minor erit eorum vltus quam ipsius Sphære.

ORBIS STANS, SĒCTVS PER AEQVATORĒM,

Opera P. BERTII Cosmographi Regij.

HEMISPĒRĪVM ANTARCTICVM

HEMISPĒRĪVM ARCTOVM



Charta
LVTETIAR PARCATOR
Michele Tenzler Anno
MDLXXXII. quod quae charta profect.

AMBITVS TOTIVS ORBIS TERRARVM IVXTA VETERES

Aristoteles libro 2 de Caelo capite vltimo tribuit Peripheriam terrarum orbis 40000 Stadiorum
quae efficiunt miliaria Italica 50000 Ctesiodorus 30000 Stadiorum vel etiam 25000. Sed
Eratosthenes, iuxta Ptolemae libro 2 cap 128. Et Vitruvius lib 2 cap 6. Et Cosmographi de
de Natali capite 13. Stadia 25000 sunt miliaria Italica 31500. quem
sequitur Macrobius Commentariis in Somnium Scipionis. Hipparchus dat Sta:
dia 277000. sive Miliaria Italica 34625. Ptolemaeus 240000 Stadia Ptole:
maeus 280000. sive Miliaria 22500. Ptolemaeus Ambrosius numerat Stadia 250000.
sive Miliaria Italica 29000 Et his omnibus duo vltimo maximum a vero ab fuisse
Ptolemaeus pedes 680.

RATIO EXPEDITA CAPIENDI PERIPHERIAM ORBIS TERRARVM.

Gradus unus in aquinoctiali Circulo vel alio quouis maxime habet miliaria Germanica 57. Leucas Gallicae cotinuae
29. milia 30000 sive Stadia 360000. Miliaria haec numeros numeros cum Gradibus 360: efficiunt Miliaria
Germanica 5400. Leucas Gallicae numeros 2520. milia 2520. Italicas 25200. Stadia 302400.
ALITER. De quo duo verbes in octavo Meridiano p. 14. Basilien. Lat. XLVII. min. 30. Miliaria Germanica LXXXIX
min. 45. Nota p. 14. differentiam a Grad. Miliaris 57. Nota differentiam cotinuae. quae est 34. miliar
Germanicorum minus uno quadrante. Die p. 14. Si a gradus cum minuto 57. dant 34. miliaria minus
uno quadrante fieri non potest. quoniam 360 gradus 540 milia Germanica. quae est ambitus orbis terrarum.
Et quae notatur est tripla sequis septima pars circumferentia. Dimidietur per centum terra erat miliar.
3600. sive Miliaria 21600.

di
ce
ia
no
dit
atis
ioni
lent
S. eo
ioli
Arca
orua
sup
cipen
vimo
s que




ORBIS STANS SIVE MOLARIS VT DESCRIBATUR; SECTVS per Primum Meridianum in duo Hemisphæria, Nostrum, & Americanum.



Primum Meridianum voco, qui transit per Insulas Fortunatas, vnde Ptolemæus longitudinum dimeriendarum cepit principium: neque vlla ratio tanti apud nos esse debet, vt eum alibi figamus. Fit autem Descriptio ista duobus modis. **P**RIOA est expeditus. Ducatur I. in Tabula plana linea recta, quæ Æquatori formando seruire possit. II. Circinentur orbis duo. III. Per centrum cuiusque orbis mittatur linea perpendicularis quæ Æquatorem secet. IV. Diuidatur linea illius spatium ab Æquatore ad Polum in gradus 90. fiatque id quater. Sed & V. à primo meridiano in Occasum notentur similes prioribus gradus 180. pro nostro Hemisphærio, totidemque pro Hemisphærio Americano, vt sint in vniuersum gradus 360. Tum VI. ad decimum quemque gradum latitudinis ducantur in Hemisphærio vtroque lineæ Parallelæ. VII. Ducantur quoque Meridianorum arcus à Polo ad Polum per decimum quemque gradum Æquatoris demissi. VIII. Signentur in Æquatore & Medio meridiano siue linea perpendiculari gradus longitudinis & latitudinis, numeris adnotatis. IX. In hac Tabula ita præparata Orbis vniuersus describatur, noster, quidem in vno Hemisphærio, Americanus in altero.

ALTER modus est operosior, nam post ductam lineam illam rectam in vsum Æquatoris, postque formatos circulos duos, & post Perpendicularem ductam quæ in centro Æquatorem intersecet, non statim gradus longitudinis notat in Æquatore, aut latitudinis in linea Perpendiculari, siue Axe, sed Peripheriam diuidit in quater nonaginta gradus æquales ab Æquatore ad punctum Polare. Quo facto, figitur clauus in polo, & ducto filo vsque ad gradum 10. latitudinis in ambitu opposito, notat in Æquatore punctum interfectionis pro gradu decimo. Inde transfertur filum ad gradum. 20. & vbi filum iterum intersecerat Æquatorem, signat gradum 20. Idem facit pro gradu 30. 40. 50. 60. 70. 80. nam 90. gradus est in ambitu Polus, in Æquatore verò centrum Hemisphærij. Postea, manente clauo idem facit in parte altera vsque ad gradus 180. Percursu ita Hemisphærio vno transit ad alterum, translata clauo, & signat gradus 190. 200. vsque ad gradum 360. ita vt in gradu 270. sit centrum Hemisphærij Americani. His peractis, transfertur iterum clauus, & figitur in gradu 360. longitudinis vbi interfectio est Æquatoris & primi Meridiani, & ducto filo in gradum 10. oppositi ambitus notatur punctum interfectionis in linea Perpendiculari, pro 10. gradu latitudinis; fitque idem deinceps pro cæteris gradibus, 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. nam 90. est punctum Polo subiectum. Sic peractis quater diuisionibus, ducuntur arcus longitudinis per Meridianos; & latitudinis, per Parallelos: Caue autem existimes eos esse partes alicuius circuli maioris: non sunt enim nisi lineæ per occasionem punctorum, quos dixi, ductæ. Post ductos hoc modo arcus, licebit in tali Tabula oras terrarum depingere. Hic autem modus quum sit omnium operosissimus, est omnium nequissimus, & tamen hodie in maximo vsu. Tantum valet apud vulgus præconcepta opinio. Vitia eius hæc sunt. 1. Paralleli non sunt Paralleli, 2. Meridiani inæqualibus spatiis, à se inuicem distant. 3. Gradus omnes sunt inæquales. 4. Quum ratio Optica exigat vt spatia in medio sunt latiora, ad oras contractiora, contra hic sit. Consulte facient Mechanici, si operam suam aliis impendant. Vulgus qua dicitur, it, sed multum refert, commendare optima.

ORBIS STANS SIVE MOLARIS. SECTVS PER
 PRIMVM MERIDIANVM PTOLEMAICVM IN DVO PLANISPHAERIA. OPERA P. Bertij Geographi Regij
 HEMISPHAERIVM AMERICANVM HEMISPHAERIVM NOSTRVM



Celmit
 Actheor Tavernier
 Lut. Parif. A. 1628.

CLIMATVM RECENSIO

SUB ARCTICA 40 Gradibus 40 horarum 12
 undecim vobis meridibus de Aquaschali vult
CLIMATA BOREALIA.
 Gradus 41 clima I per Grana 12 horarum 12. 21
 Gradus 15 clima II per Arcauon Aggy
 12 horarum 12. 23
 Gradus 25 clima III per Syriae 12
 horarum 12. 25
 Gradus 35 clima IV per Africa 12 horarum 12.

Gradus 45 clima V per Arabiam 12 horarum 12.
 Gradus 55 clima VI per Indiae 12 horarum 12.
 Gradus 65 clima VII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 75 clima VIII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 85 clima IX per Indiam 12 horarum 12.

Gradus 95 clima X per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 105 clima XI per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 115 clima XII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 125 clima XIII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 135 clima XIV per Indiam 12 horarum 12.

Gradus 145 clima XV per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 155 clima XVI per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 165 clima XVII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 175 clima XVIII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 185 clima XIX per Indiam 12 horarum 12.

Gradus 195 clima XX per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 205 clima XXI per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 215 clima XXII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 225 clima XXIII per Indiam 12 horarum 12.
 Gradus 235 clima XXIV per Indiam 12 horarum 12.

100

AD INSULAS BRITANNICAS.



BRITANNICAS insulas totius orbis nobilissimas, meritoque alterū orbem ab antiquis creditū, non rectè numeris suis designavit Ptolemæus, eòque factum est, ut eas male quoque delineavit Agathusdæmon; partem quippe Septentrionalem à Vedra flumine, cuius ostium est gradu latit. LVIII. 30. inflexit ad Ortum æquinoctialem recta fere linea, quum deberet extēdere in Septentrionem. Causam facti retulerim ad eas Tabulas quas Ptolemæus sequutus est, in quibus auctor, cartæ suæ siue membranæ spatii angustioribus exclusus, quod non potuit sursum versum porrigere, contorsit nonnihil in dexteram, correcturus errorem quum maiorem Tabulam adgressurus esset. Sic solent ij qui longo sunt corpore, cervicem suā leniter curvare quoties angustior aliqua porta subeunda est. Sed & HIBERNIAM totam Ptolemæus nimium removit ad Septentrionem, cuius latus maximè Australe posuit gradu Latit. LVII. quum sit gradu LI. Error est nō exiguus, graduum quinque, hoc est cxc. leucarum. Nos ad naturalem situm ista reuocantes, errorem correximus. Has autem Insulas Veteres Græci Latineque collectivo nomine vocauerunt BRITANNICAS, quæ postea in plura regna tributæ, tribus ad extremum sceptris insignes fuere, Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, atque ita per diu administratæ sunt, donec Iacobus Rex, litterarum gloria multo etiam quam regno clarior, postquam successione Angliam & Hiberniam Scotiæ suæ adiunxisset, voluit Angliam, & Scotiam vno MAGNÆ BRITANNIÆ vocabulo appellari, seque, insularū omniū Dominū, MAGNÆ BRITANNIÆ & HIBERNIÆ Regem absolutè & sine illa adiectione dici; Harum Insularum velle situm oratione exsequi, maria, terras, littora, Promōtoria, portus, sinus, flumina, montes, silvas, lacus, æstuaria, vrbes populosque recensere, & singulorū nomina expendere, historiamque istorū omnium referre, nimis prolixū foret; quod enim Tabella nostra oculis subiecit, vix multis paginis posset explicari. Estque spectatoris Pinacem nostrum attente inspicere, & cum C. Cæsaris, Strabonis, Melæ, Plinij, Taciti descriptionibus conferre. In qua hoc tamen monendum. THULEN siue ΘΟΥΛΗΝ insulā, a nobis, cogente id necessitate, omissam esse: nam quum eam ponat Ptolemæus gradu LXIII. latitudinis, nostra autem Tabula non se exserat ultra gradum LXI. non potuerunt ea quæ extra illum gradum sunt, intra Tabulæ nostræ spacia referri: Estque hæc etiam causa cur nō omnes ORCADES posuerimus. Si ad exemplum Ptolemæi voluissemus oras inflectere, inuenissemus quidem istis omnibus locum, sed cum ingenti dispendio veritatis: Maluimus ergo id sequi quod erat consultius, & Spectatoris animum adhibita moneta ista nostra ad veritatem reuocare, quam impingere in errorem quem in Ptolemæo culpamus. Chalcographus noster, litterarū omnium Græcarum & Latinarum, ac præterea etiam Geographiæ imperitus, quum ea quæ minuto caracterea me scripta fuerant, adsequi non posset, peccauit interdum: cuius errores mihi imputari nolim. Qui nostra contulerit cum Ptolemaicis, cumque Tabulis recētoribus, naturalem locorum situm repræsentantibus, facile deprehendet, quantum laboris, ingenij, temporis, & fidei impensum sit in rem tantillam. Quum Deus nostris studiis Fauōnios dabit benigniores, pandam vela laxius, & abūde satisfaciā cupiditari eorum qui antiqua cum nouis conferre cupiunt. Est vnde passim.



Melchior Touernier sculpsit & excudit



HISPANIA PLINII SECVNDI.



N Oceano Atlantico prima Hispania terrarum est, Vltior appellata, eadem BÆTICA. Mox à Sinu Murgitano Citerior, eademque TARRACONENSIS, ad Pyrenæa iuga. Vltior in duas per longitudinem Prouincias diuiditur; siquidem Bæticæ latere Septentrionali præ-tenditur LVSITANIA, amne Ana discreta. Ortus hic Laminitano agro Citerioris Hispaniæ, & modò se in Sagna fundens, modò se in angustias reorbens, aut in totum cuniculis condens, & sæpius nasci gaudens, in *Atlanticum Oceanum* effunditur. TARRACONENSIS autem adfixa Pyrenæo, totoque eius latere decurrens, & simul ad Gallicum Oceanum Iberico à Mari trans-uerfa se pandens, Solorio monte (18-38) & Oretanis iugis (17-39) Carpetanisque (17-40) & Asturú (13-43) à Bætica atque Lusitania distinguitur. BÆTICA (14-38.) à flumine eam mediam secante cognominata, cunctas prouinciarum diuite culto & quodam fertilitate peculiari nitore præcedit. Iuridici conuentus in ea quatuor, Gaditanus (14-36) Cordubēsis (15-38) Astigitanus (15-37) Hispalensis (14-37) Oppida omnia numero CLXXV. In iis Coloniae VIII. Municipia VIII. Latio antiquitus donata XXIX. Libertate VI. Fœdere IV. Stipendiaria CXX. Ab Ana autem Atlantico Oceano obuersa Bastulorum (16-36) Turdulorumque (14-36) est. In Vniuersam Hispaniam M. Varro peruenisse Iberos & Persas & Phœnicas, Celtasque, & Pœnos tradit. Bætis in Tarraconēsi prouincia, non vt aliqui dixerent Mentefa oppido, sed Tygenſi ex oriens saltu (17-38) iuxta quem Tader fluius qui Carthaginensem (20-37) agrum rigat, illorum refugit Scipionis rogam: Versusque in Occasum, Oceanū Atlanticum adoptans petit, modicus primò, sed multorum fluminum capax, quibus ipse famam aquasque au-fert, Bæticiæ primum ab Ossigetania infusus, amœno blandus alueo, crebris dextrâ leuaque accolitur oppidis. Citerioris Hispaniæ aliquantum vetus forma mutata est, utpote quum Pompeius Magnus trophæis suis, quæ stauit in Pyrenæo, DCCCXLVI. oppida ab Alpibus ad fines Hispaniæ vltioris in ditionem à se redacta testa-tus sit. Nunc vniuersa prouincia diuiditur in Conuentus septem, Carthaginensem (20-38) Tarraconensem (22-41) Cæsaraugustanum (20-42) Cluniensem (10-43) Asturum (13-43) Lucensem (12-43) Bracarum (63-43) Accedunt Insulæ; quarum mentione se posita, præter ciuitates contributas aliis CCXCIII. continet op-pida CLXXIX. In iis Colonias XII. Oppida ciuium Romanorum XIII. Latinorum veterum XVII. Fœderatorum Vnum. Stipendiaria CXXXVII. Ibetus amnis nauigabili commercio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobriga CCCCL. m. pass. fluens, nauium per CCLX. m. p. à Varsa oppido capax, quem propter Vniuersam Hispa-niam Græci appellauerunt IBERIAM. A Durio LVSITANIA incipit. Turduki veteres, Pefuri. Flumē Vacca. Oppi-dum Talabrica. Oppidum & flumen Minium. Oppida Conimbrica (11-40) Olisippo (11-39) Eburæ (11-38) Britium (lege Eburobritium.) Excurrit deinde in altum vasto cornu Promōtorium, quod alij Artabrum appel-lant, alij Magnum, multi Olisipponense, ab oppido, terras, maria, cælum distermiās. Illo finitur Hispaniæ latus, vt à circuitu eius incipit frons. A Pyrenæi Promontorio angustior est Hispania non Gallia modò, verum etiam semetipsa, immensum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. Ipsa Pyrenæi iuga ab exortu æquinoctiali fusa in occasum brumalem, breuior latere Septentrionali quam Meridiano Hispanias faciunt.



HISPANIAE C PLINII
 Secunda. delineata a F Bertio.

Omnes Hispania a duobus Pyrenaei tibi
 maris circuitus parant 2900 mill pass.
 Longitudo ceterioris Hispania a Pyrenaeo
 ad finem Castellae est 607 m.p.
 Latitudo a Thuroana ad Castellam tota 307 m.p.
 Iboris finis per 250 m.p.
 nauis fert per 260 m.p.
 Beticus longitudo a Castellana ad Gadur est 475
 A Murgi in maritima 519 m.p.
 Latitudo Beticus a Carthagine 224 m.p.
 Insularum cum Asturia et Gallicia
 patri long. 540 m.p.
 Latitudo praedicta Agrippa 536 m.p.
 A Promontorio Saturni prope Carthage-
 nona novam ad Caesarem Mauritania
 est traiecit 187 m.p.
 Uniuersa Hispania Vespasianus Aug. iacta-
 tus procelis Regi in LATIUS tribuit.

M. Tauerhier sculpsit & excudit.



AD TABVLAM GALLIÆ.

GALLIAM hodie sub Rege nostro Christianissimo Ludouico Borbonio tenet nobilis, animosa, & fortis FRANCORVM natio, quæ ante hos annos MCC. duce Chlodoueo traiccto Rheno Belgicam secundam omnemque à Rheno inde Campaniam Rhemensem, mox etiam interiorẽ Galliam insedit, quum per annos centum atque amplius sub diuersis Regibus tentasset limitem Imperij Romani Rhenum transmittere, quo toto tempore vario Marte certatum est. Sermo tunc genti Teutonicus erat, qui longo temporũ lapsu Gallico & Romano mixtus in eum transit quem nunc audimus, & cuius facilitatem elegantiamque omnes fere orbis Christiani populi admirantur. Romani, qui Narbonensem Prouinciam inuaserant, alleccti soli amœnitate, & vbertate, misso C. Iulio Cæsare, Aquitaniam, Celticam, & Belgicam sibi adiunxere: durauitque ipsorum imperium vsque ad Francos. Itaque S. Remigius tres linguas calluit, patriam, quum esset nobilis Gallus; Romanam, cuius vsus erat in Ecclesiis, in foro, in castris; Francicam, qua utebatur Chlodoueus Francorum Rex. Sic Massilienses scribit Varro trilingues fuisse, & loquutos Gallicè, Græcè, & Latinè. Habemus etiam in Gallia nobilium familiarum plures stirpes, sunt enim Aborigines, sunt Romani, sunt Franci, & Burgundi, ac præter hos etiam ij qui ex Italia, Germania, Hispania, aut aliunde profecti à Regibus nostris in re Francico donati sunt. Sed multò ante Romanos magnam istius regionis partem tenuere Græci, quique à Troianis profecti sunt: nam vt Massiliam omittam, & Agatham, & Hieram, & Antipolim, & Niceam, & Stocchades insulas, Proren & Mefen, totumque illud littus Græcicum, negari non potest, quin in interiore Gallia certissima sint adhuc eius gentis indicia, in Pyrenæis, Petrocoriis, Leucis, Tomeriis, Gabalis, Cenomanis, Alexia, Leucotetia, Dryidibus, quæ nomina omnia Græcæ originis sunt, cuiusmodi etiam sunt ea quæ in dorũ exeunt, & quæ incipiunt ab Anti, & Allo. Adde, quod C. Cæsar testis est, Gallos suo æuo vsos in scribendo litteris Græcis. Adde ingentẽ vim vocabulorũ Græcæ originis, quæ adhuc in vsu sunt: nostra enim lingua ex vetere Celtica & Græca, & Romana, & Fræcica mixta est. Qui exactam Galliz notitiam habere volet, author ei sim, vt soli naturalis situm primum perdiscat; postea inquirat in ea quæ in solo illo strueta, & vel addita, vel mutata sũt. Qui primi incolæ? Quæ indicia primorum Celtarum? Quæ Græcorum? Vt Romani eam ceperint, diuiserint, rexerint? Cæsar, inquam, Augustus, cæterique suo tempore Imperatores. Quæ eius facies fuerit sub primis Francis? quæ sub posterioribus? quæ sub Carolo Magno? quæ sub Caluo? quæ sub posterioribus regibus? Fuerit autem ex re, habere diuersas Tabulas in vsu singularum descriptionum; valde enim turbat animos confusio. Ad naturæ opus refero Maria, littora, Montes, Promõtoria, Sinus, flumina, & quæ sunt eius generis. Amnium Galliz alij in Mediterraneum influunt, alij in Oceanum. In Mediterraneum, Varus, Argenteus, Oranus, Ledus, Arauraris, Obris, Atax, e quibus Rhodanus in Veragris ortus, recipit ripa dextera Idanum, Ararim, Ericuam, Ardeiscam, Vardonem, sinistra Isaram, Drunam, Sulgam, Druentiã. Arar excipit Lignionero & Dubim, hæc Alduam & Lupam. In Oceanum se exonerant Atyrus, Garumna, Carantonus, Altisio, Semaius, Ligeris, Tetus, Olina, Sequana, Somona, Scaldis, Rhenus, quem Carul- lus meritò Gallicum vocauit: qui ferè omnes alios quoque recipiunt.





AD ITALIAM OCTAVII AVGVSTI CÆSARIS.



Vin reliqua omni Geographia, ita in ITALIÆ descriptione primum pernoſcēda eſt naturalis eius conſtitutio; poſteà quærendum, quidnam humana ope in ea factum mutatumque ſit. ITALIA igitur, quæ & Auſonia, & Heſperia dicta fuit, ab Occaſu æſtuo in Ortum hibernum porrecta, Septentrionem verſus Alpibus ſecernitur à Germania & Gallia, cætera ambitur mari, Liguſtico, Tyrreno, Siculo, Adriatico. Eam à Gallia dirimit Varus amnis, ab Iſtria Arſa. PROMONTORIA habet Populonium, Palinurum, Leucopetram, Herculeum, Zephyrium, Lacinium, Salētinum, Iapygium, Garganū. **SINVS**, Adriaticum, Tegeſtanum, Tarentinum, Scylaceum, Hipponiatem, Pæſtanum, Neapolitanum, Baianum, Liguſticum. **MONTES**, Alpes, Apenninum, qui a Liguribus ortus ad extremas vſque oras Italiz decurrit, Veſuuium, Maſſicum, Gauranum, Garganum, Surrētinum. **LACVS** Verbanum, Cereſium, Larium qui & Comenſis, Sebinum, Benacum, Traſimenum, Sabaricum, Vulciensem, Velinum, Fucinum, Lucrinū, Avernium, vbi Acheruſia palus. **FLVMINA** in mare Inferum excurrētia poſt Varum, ſunt, Rutuba, Merula, Porcifeta, Feritor, Macra, qui Ligures ſeparat ab Heſtruſcis, Boætus, Auſer, Arnus, Cæcina, Prille, Vmbro, Ceretanus, Oſſa, Tiberis, qui ante Albula dictus fuit, recipitque Glanum, Natem, Anienem. Poſt Tiberim ſunt Sora, Nymphæus, Vfens, Liris, Vulturnus, Sarnus, Silatis, ad quem Lucani Brutique agri initium, Melphis, Laus, Batus, Acheron, Metaurus, Cratais, Sagra, Crotalus, Arocha, Syris, Atalandris, Maluentus, Paëtius, Auſidus, Corbalus, Frenio, Tiſernus, Trinius, Alterum, Materinus, Buccinus, Truētus, Æſus, Metaurus alter, Piſaurus, Cruſtinus, Ariminus, Apruſa, Rubico, Sapis, Biſidis, & omniū Rex Padus, quem ſequuntur, Atheſis, Meduacus, Timauus, Silis, Liqueſtia, Romatinus, Tiliauentum, Varanus, Natiſo, Turrus, Formio, Nauportus, & qui Italiam ſeparat ab Iſtria Arſa. Padus recipit ſiniſtra ex Alpibus lapſos Sturam, Moream, Durias duos, Seſſium, Ticinum, Lamberum, Abduam, Ollium, Mincium. Dextra ex Apennino Tanarum, Placentinum, Tarum, Niciam, Gabellum, Scultellam, Rhenū, & Vatrenum. Ex his pauci nauigabiles ſunt. Adhæſiſſe autem creditur olim Sicilia Italiz, ſed a deſis terris quæ oras extremas iungebant, aiunt factam inſulam. Hanc autem regionem ante Troianorum aduentum coluere Ab origines, in quibus Æqui, Falifci, Hernici, Laurentes, Mauſapi, Rutuli; Heſtruſci à Lydis orti ſunt. Ante Romā conditam regnatum eſt Albæ, poſteà tranſlatum eſt imperium Romam. Hæc illa eſt ITALIA omnium terrarum alumna eadem & parens, numine Deum electa quæ cælum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum diſcordes ſeraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiter quæ vna cunctorum gentium in toto orbe patria foret. Eam Auguſtus Imperator diuiſit in vndecim regiones, quas nos in Tabula recensuimus. In ea hodie **VRBANVS VIII.** eſt Romanæ vrbis Episcopus, idemque Episcoporum eius Diœceſis Metropolitana, ſiue Archiepiscopus; Archiepiscoporum Italiz Primas; omnium totius occidentis Primatum & Archiepiscoporum Patriarcha; ac denique omnium totius orbis Chriſtianorum à ſchifmate abhorrentium Papa Oecumenicus, idque non tantum Chriſti inſtitutione, ſed ipſius etiam naturæ ad vnitatem cuncta ordinantis imperu.



ITALIA
Augusti ex C. Plinio
delineata a P. Bertio
Christiani Regis Geo-
grapho 1668

REGIONES ITALIAE
ex Descriptione Avg.
PRIMA a Tiberi fl. ad Siciliam continet
Romam, Latium, Campaniam
II ab Anside fl. ad veterem Italiam tran-
sit in hac sunt Calabria, Sicilia, Sicilia Picca
III a Siciliam fl. ad portum Siciliam conti-
net Magnam Græciam, Lucaniam, Bruttiam
IV porrigitur a Tiberis fl. ad Ariminum
ut in sunt Venetia, Maritima, Samnium
V ab Ariminum ad Adriam fl. extenditur
ita sunt Picentia
VI regio ab Ancona ad Ravennam conti-
net Venetiam, etiam Galiam circa Ariminum
VII porrigitur a Massa fl. ad Tiberim
continet Abruza
VIII terminatur Ariminum, Padem
Apeninam
IX a Vero fl. ad Marum, continet
que Liguriam
X appropinquat mari Adriatico, in
eo sunt Venetia, Dalmatia, Iuvavina
XI est Transpadana

MARE TVSCVVM
sive **ETRVSCVVM** quod
ex Græcis alij Notium alij
Tyrrhæum è nostris plurimum
inferum vocant porrigitur
se a Liguria ad Siciliam insulam

MARE SARDVM



AD TABVLAM GRÆCIÆ.



HELLAS propriè est Achaia, ex qua hinc in Peloponnesum, inde in Thessaliam & Macedoniam itur; nam quæ in Thessalia est Hellas, posterior est. Hinc se extēdit vocis illius atque appellationis vsus vterius, complexus Peloponnesum & vicinas regiones: nam Macedonia tempore Demosthenis nō accensebatur Helladi. Si quicumque populi Græca lingua vsi sunt, Græcis adiudicare volumus, iam Sicilia erit Græcia, & pars Italix, & Gallix ora Massiliensis, & Hispanix partes extremæ, & Cyrenaica, & Ægyptus, & Syria, & Asia, in qua non minus quam in Hellade, Iones, Dores, Æoles; & adsitæ Ponto multæ gentes, Gallogræci, Bithyni, aliique, & supra Pontum plurimæ, de quibus Ouidius, *Hic quoque sunt vrbes Græcæ, quis credere posset? Inter inhumana nomina Barbariæ*, vt iam insulas omittam Ægæi maris, ipsamque Cretam, Rhodon, & Cyprum, in quibus nullus alius sermo viguit quam Græcus: Nulla enim natio vnquam tam latè se diffudit. Neque id ea tam armorum vi effecit, tametsi id quoque, quam commerciis, & artium suarum ac disciplinarum communicatione, vt quæ totius Maris Mediterranei per diu habuerit imperium, classesque suas miserit quaquaversum in alias regiones: victores quoque ipsorum, si linguam spectes, Romanorū, postquam ab illis victi sunt. *Græcia capta suum victorem cepit*, inquit Horatius, aded vt ipsa iam Roma Græcanica vrbs videretur. Sed nos hoc agamus. Totam GRÆCIAM distinguit Strabo in plures Chersonesós siue Péninsulas, quarum prima & minima est PELOPONNESVS, cuius isthmus est XL. stadiorum: cæteræ ordine, prout alia aliam terminat, crescunt ex superiorum accessione, ita vt vltima & remotissima omnes cæteras continens, sit maxima. Secunda igitur Peloponneso iungit Megaridē, cuius isthmus à Pagis ad Nisæam est cxx. stadiorum. Tertia Chersonesus prioribus iungit Attidem & Boëotiā, cum parte Phocidis, cuius isthmus ab initio Cressæi sinus ad Thermopylas est DVIII. stadiorum. Quarta istis addit Thessaliam, cuius isthmus ab Ambracio sinu per Oeoetam & Trachiniam perque Thermopylas desinit in sinu Maliaco, estque stadiorum DCCC. Quinta & vltima ab Ambracio, quem dixi, sinu per Macedoniam tēdit ad recessum sinus Thermaici, estque propterea maxima, quia cæteras omnes includit. Atque hæc ita Strabo, optimus & grauissimus auctor, libro VIII. & IX. quæ quia à Ptolemæo in Græciæ descriptione non sunt admodum studiosè adnotata, sunt à nobis quoque, qui eius fidem & ductum Agathodæmonis sequuti sumus, præterita. Nunc cætera, quatenus loci angustia patitur, percurramus. In PELOPONNESO sunt gentes octo, *Corinthij, Sicyonij, Achiui, Elei, Messenij, Lacones, Argiui*, qui omnes oram tenent suo quique loco, maritimam, eius peninsulæ; & in medio *Arcades*, quibus cæteræ gentes circumfunduntur. Maria vides sinusque in Tabula adscriptos, cum montibus, fluminibus & aliquot oppidis. In ACHAIÀ siue HELLADÈ, siue GRÆCIÀ propriè dicta, sunt, *Locri, Phocenses, Boëoti, Megarenses, Attici, Dores*. Horum omnium clarissima est Attis. In EPIRO sunt *Chaones, Theprotij, Almenes, Acarnanes, Amphiloichi*. In MACEDONIA, cui THESSALIAM accensemus, infinitæ gentes: nam, vt à Mela verissimè dictum est, Tot MACEDONIAM populi, quot vrbes habitant. In Thessalia est Larissa. In Macedonia Pella, quam maximè illustrem reddunt alumni, Philippus GRÆCIÆ domitor, Alexander etiam Asia. Axius amnis per Macedonas, Peneus per Thessalos fluit, facitq; Tempe. Ante Axium est Thessalonice, in ipso secessu sinus Thermaici, quem idcirco hodie vocant *Golfo di Thessalonica*.





ASIA INTER SINVM AMISENVVM ET ISSENVVM, ex Plinio & Strabone.



Abula ista ad designationem Ptolemaicam studio delineata est, adhibitis tamen ex Plinio & Strabone præcipuorum locorū positionibus: habet ergo idem vitium quod Ptolemæus, spatiumque quod est inter Amisum & Sinum Issicum nimium extendit; Est enim ibi Isthmus, Asia partem Occidentalem ab Orientali manifestè sperans, partemque illam Occidentalem redigens in formam Chersonesii, quæ Ponto, Propontide, Ægeo, Lycio, Pamphylia & Cilicio mari cingitur. Meminit eius Isthmi Strabo libro xi. quū dicit *Χερρόνησον ποιεῖ ὁ δειρῶν ἰσθμὸς ἢ τὴν Ποντικὴν ἢ τὴν Κιλικίαν θάλασσαν. Peninsulam facit Isthmus, dirimens Ponticum mare à Cilicio.* Et rursus libro xii. *Ἐντὶς δὲ τῷ ἰσθμοῦ λέγεται χερρόνησον ἢ περσέχουσαι τῆς Κατωπαίδου ἀπασαι, ἣν Ἡρόδοτος μὲν εἰπὸς Ἀλύος καλεῖ. Intrà Isthmum hunc Peninsulam vocamus quicquid versus occasum est regionum à Capadocia, quod Herodotus terram intrà Halyn appellat.* Sed multò exactius noster Plinius, cuius hæc verba leguntur libro VI. cap. 2. *Ab Amiso est eiusdem nominis Sinus, tanti recessus, ut ASIAM pendens insulam faciat CC. mil. pass. haud amplius per continentem ad Issicum Ciliciae sinum.* Sinum istum Amisenum in hac Tabula non expressimus, Ptolemæum, ut dixi, sequuti. Et notabit Lector errorem. In Tabula verò ea quæ Pontum Euxinū exhibet, conspicitur eius pars. Si milliaria ista referas ad Gallicas nostras leucas maiores, nō erit isthmi illius spatium amplius quam LVII. leucarum. Hunc ergo totum tractum terrarum qui se in occidentem extendit, vocauere veteres ASIAM, nostri hodie NATOLIAM, voce corrupta ex Græco *ασιανη*, quia Constantinopolitanis rerum ibi dominis posita est ad orientem. Ea verò sub Assyriis, Medis, Persisque, quamdiu rerum potiti sunt, variè diuisa fuit. Mutauerunt multa Macedones. Agrippa sub Augusto in duas partes distinxit, Vnā inclusit ab Oriente Phrygia & Lycaonia, ab Occidente Ægeο mari, à Meridie Ægyptio, à Septentrione Paphlagonia, ut author est Plinius libro V. cap. 27. alteram determinauit ab Oriente Armenia minore, ab Occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia; à Septentrione Prouincia Pontica, Atque hæc Agrippa, cuius in partibus Imperij Romani distribuendis ac dimittendis singularis fuit diligentia. Continetur autem hoc spatio terrarum Paphlagones, Phryges, Lycaones, Deinde Bithyni, Mysi, regioque Epictetus, tum Troas, & Hellestus. Post hæc ad mare Æoles, Iones, & Dores; Tum Cares, & Lycij, & interius Lydi. Cappadocia in decem regiones diuisa fuit, quarum quinque fuerunt cis Taurū, Melitena, Cataonia, Cilicia, Tyanea, Isaurica; quinque reliquæ in minore Cappadocia positæ, Larina-sena, Sargusena, Sarganena, Cauemanea, & Morimena. GALATÆ quoque ex Gallia profecti iu hoc tractu confedere, feceruntque ibi Galliam Asiaticam occupatis sedibus Phrygum & Paphlagonum; aded ut posteriores ipsam Paphlagoniam Galatiæ tribuerint: Est in ea fluuius Gallus: fuerunt Sacerdotes Galli, fuit vrbs Pessinus, Magnæ Deum matris siue Pessinuntis sedes.





EUPHRATES ET TIGRIS. ex Plinij libri V. cap. 24. & VI. cap. 27.




Ritur EUPHRATES in Præfectura Armeniæ Maioris Caranitide, vt prodidere ex iis qui proximè viderunt, Domitius Corbulo, in monte Aba; Licinius Mutianus sub radicibus montis quem Capoten appellant: suprâ Simyram cxxii. mil. pas. Initio Pyxirates nominatur. Fluit Derxenem primū; mox Anaëtiâ, Armeniæ regiones à Cappadocia excludens. Dascusa abest à Simyra lxxv. m. p. Inde navigatur Pastoram l. mil. pas. Militenen Cappadociæ lxxiv. m. p. Elegiam Armeniæ x. m. p. acceptis fluminibus Lyco, Arsanias, Arfano. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons; nec resistit, quanquàm xii. m. p. latitudine præualens. Omiriâ vocant irruptentē, mox vbi perrexit, EUPHRATEM, vltra quoque saxosum ac violentum. Arabiam inde læua, Merorum dictam regionem, trischoena mensura, dextrâque Comagenem disternat, pontis tamen, etiam vbi Taurum expugnat, patiens. Apud Claudiopolim Cappadociæ cursum ad occasum Solis agit. Primo hunc illi in pugna cursum Taurus aufert, victusque & abscissus sibimet, alio modo vincit, ac fractum expellit in meridiem. Ita naturæ dimicatio illa æquatur, hoc eunte quò vult, illo prohibente ite qua velit. A catarractis iterum navigatur xl. m. p. Inde Comagenes caput Samosata. Arabia suprâ dicta habet oppida Edessam, quæ quòdam Antiochia dicebatur. Callirhoen, à fonte nominatam. Carras, clade Crassi nobiles. Iungitur præfecturæ Mesopotamiæ, originem à Syris trahens, in qua Anthemusia & Nicephorium oppida. Mox Arabes qui Rhetani vocantur. Horum caput Singara. A Samosatis autem latere Syriæ Marsyas amnis influit. Gingla Comagenem finit. Merorum ciuitas incipit. Oppida alluuntur, Epiphania & Antiochia quæ ad Euphraten vocantur. Item Zeugma lxxii. mil. pas. à Samosatis, transitu Euphratis nobile. Ita fertur vsque Vram locum, in quo conuersus ad orientem, relinquit Syriæ Palmyrenas Solitudines, quæ vsque ad Petram urbem & regionem Arabiæ Fælicis pertinent. Palmyra abest à Seleucia Parrhorū, quæ vocatur ad Tigrim, dxxxvii. m. p. A proximo verò Syriæ littore cclii. millibus, & à Damasco xxvii. propius, &c. TIGRIS oritur in regione Armeniæ maioris, fonte conspicuo, in planitie. Loco nomen Elongosine est. Ipsus quæ tardior fluit, Diglito, vnde concitior, à celeritate Tigris incipit vocari: ita appellant Medi sagittam. Influit lacum Arethufam, omnia illata pondera sustinentem. Vnum genus ei piscium est, idque transcurentis non miscetur alueo, sicut nec e Tigri pisces in lacum transnatant. Fertur autem & cursu & colore dissimilis: transuectusque occurrente Tauro in specu mergitur, subterque lapsus, à latere altero eius erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eundem esse manifestum est, quod demersa perfert. Alterum deinde transit lacum qui Thospites appellatur, rursusque in cuniculos mergitur, & post xxv. m. pas. circa Nymphæum redditur. Tam vicinum Arsanias fluere eum in regione Arhene Claudius Cæsar author est, vt quum intumescere, confluant, nec tamen misceantur, leuiorque Arsanias innatet iv. mil. fermè spatio, mox diuisus in Euphratem mergitur. &c.



AD TABVLAM ARABIÆ FÆLICIS, ex Plinio lib. vi. cap. xxviii.




Plsa Peninfula ARABIÆ inter duo maria Rubrum Persicumque procurrens quòdam naturæ artificio ad similitudem atque magnitudinem Italix Mari circumfusa in eandem etiam cæli partem nulla differètia spectat. Hæc quoque in illo situ FÆLIX. Populos eius à nostro mari vsque ad Palmyrenas Solitudines diximus. *Vide Tabulam quæ habet Euphratis cursum*, reliqua nunc inde peragemus. Nomades infestatoresque Chaldæorum Scenitæ claudunt, & ipsi vagi, sed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metâtur vbi libuit. Nunc à Charace dicemus orâ Epiphani primum exquisitam. Locus vbi Euphratis ostium fuit. Flumen salsum. Promontorium Chaldone. Minus voragini similior quam mari, per l. mil. oræ. Flumen Achana. Deserta c. mil. pass. vsque ad Insulam Icharam. Sinus Capenus quem accolunt Gaulopes & Catheni. Sinus Gerraicus, Oppidum Gerra quinque m. pass. amplitudine, turres habet ex satis quadratis molibus, à littore l. m. pass. Regio Attene. Ex aduerso Tylos insula, totidè millibus à littore, plurimis Margaritis celeberrima, cum oppido eiusdem nominis, iuxtaque altera minor, à promontorio eius XII. m. pass. Scenitæ Sabæi, Insulæ multæ, Emporium eorum Acila, ex quo in Indiam nauigatur. Regio Amithoscuta, Damma, Mizi maiores & minores, Drimati, Mace. Horum promontorium contra Carmaniam est, distat l. m. pass. Mira res ibi traditur. Numenium ab Antiocho Rege Mosenæ præpositum, ibi vicisse eodem die classe, æstuque reuerso, iterum equitatu contra Persas dimicantem, gemina trophæa eodè loco Ioui & Neptuno statuisse. Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythra Rege ibi sepulto. Distat à continente cxxv. m. pas. circuitu cxii. m. pas. Nec minus altera clara in Azaniæ mari Dioscorida, distans à Syagro extimo promontorio cclxxx. m. pas. Reliqui in continente à noto etiamnum Autaridæ, In montes VII. dierum transitus. Gentes Lareadani, Catabani, Gebanitæ, pluribus oppidis, sed maximis, Nagia & Tamna, templorum LXV. hæc est amplitudinis significatio. Promontorium à quo ad continentè Troglodytarum l. mil. p. Toani, Achitæ, Chatranutitæ, Tomabei, Antidalei, Lexianæ, Agrei, Cerbani, Sabæi Arabum propter thura clarissimi, ad vtraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in Rubro littore, Marane, Marma, Corolia, Sabatra, Intus oppida, Nasais, Cardana, Carnus, & quo merces odorum deferuntur, Tomala. Pars eorum Atramitæ, quorum caput Soborale LX. templa muris includens. Regia tamen omnium est Mariaba. Sinum obtinet xciv. m. pass. refertum insulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo iunguntur Minoëi. Mare accolunt, & Elamitæ, Oppidum eiusdem nominis Iis iuncti Cagulatæ. Oppidum Siby, quod Græci Apaten vocant. Arsicodani, Vadei cum oppido magno, Barasei, Lichoni, Sygaros insula, quam canes non intrant, expositique circa littora errando moriuntur. Sinus intimus in quo Leanitæ, qui nomen ei dedere. Regia eorum Ægra, & in sinu Leana, vel, vt alij, Ælana, nam & ipsum sinum nostri Ælaniticum scripsere, alij Eleniticum, Artemidorus Aleniticum, Iuba Læniticum. Circuitus Arabiæ à Charace Læana colligere, proditur quadragies octies centena LXV. m. pas. Iuba paullò minus XL. m. pas. putat. Latissima est à Septentrione inter oppida Hetoum & Characen.





Erram sanctam describere & delineare multi adgressi sunt; nam vt quemque religio vel sancta regiones illas quas Christus Dominus noster calcavit lustrandi stimulauit curiositas, its operam suam in ea vel depingenda vel describenda posuit, si modo haberet ea adminicula quibus idipsum consequi posset: Neque verò est vlla sub Sole regio tam diligenter, à tam multis, tanta temporis vicissitudine notata & obseruata. Tota scriptura sacra Veteris & Noui Testamētis nullum aliud Theatrum habet suæ narrationis, etsi in illa per occasionem rerum quæ hic gestæ sunt, alia quoque multa orbis loca nōminentur. Si haberemus Tabulas illorum quia Iosua missi terram illam omnem descripserunt, non opus esset vlllo labore nostro: Iosephus enim libro V. Antiq. Iudaic. cap. 3. author est, Iosua mississe *ἀνδρας τοῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἔχουσιν, ὡς δὲ ἀδύνατα αὐτοῖς πινὰς γεωμετρίας ἐπισημονίας, οὗς τ' ἀληθὲς οὐκ ἔμελλε λήσασθαι*. Ex horum Tabulis verisimile est historiam Iosua, quæ partitionem continet eius regionis inter filios Israël, concinnatam esse. Sed non adnotauit illius libri author locorum interualla; quumque per fines limitesque tribuum decurrat, omittit interiora. Burchardus Monachus etsi accuratam illam quam Ptolemæus sequitur, regiones describendi viam, per gradus longitudinum & latitudinum non seruet, forte enim ipse eam ignorauit, tamen eam rationem ingressus est, quæ & hominis ingeniosi industriam ostendit, & studioso veritatis multum potest prodesse. Delegit enim pro centro suæ descriptionis Ptolemaidem, urbem maritimam, ac tum temporis adhuc florentem opibus, ab eaque vrbe ventorum regiones sequutus, loca omnia recenset cum suis interuallis quæ in qualibet plaga occurrunt. Post enumeratas enim Syriæ prouincias, cap. 1. statim recenset omnia loca quæ Ptolemaidis versus Aquilonem obiecta sunt, cap. 2. Tum quæ versus Boream, cap. 3. Tum quæ Vulturnū spectant, cap. 4. Quæ Subsolanum cap. 5. Quæ Eurum cap. 6. Quæ Notum cap. 7. 8. 9. Denique quæ Austrum cap. 10. nam ad Occasum Ptolemaidis, vbi Mare est Phœnicium, Palæstinum, Syrium, quod sacra scriptura Magnum vocat, nullæ sunt terræ, ac proinde neque vrbes, neque mōtes, neque flumina. Nos ex ipsius libro Tabulam istam depinximus, in eo distantem à Ptolemaica, quod hæc oram maritimā recta in Septentrionem porrigit, quam Ptolemæus ferè in ortum æstiuum ab occasu hiberno extendit. Præterea, nos à Ioppe in occasum produximus littus Ægyptiacum, sequuti fidem & auctoritatem Strabonis, qui oram illam ab Occasu in Ortum vsque Ioppen, postea à Ioppe in Septentriones ferri ait. Κατὰ Ἰόππην, inquit, ἢ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ὡς δὲ ἀδύνατα σημειωδῶς ἐπιτῆ ἀρκτοὶ καμπύται, πρὸς τὸ ἄρκτον ἢ Ἡώ τεταμένη. *A Ioppe deinceps littus quod ab Ægypto porrigebatur, manifeste in Septentrionem flectitur, quæ ante extenditur in Orientem.* Tabula nostra descriptionē Burchardi reuocauit ad disciplinā Ptolemaicā, cōtractis in minora spatia plerisque quæ in Maiore nostro Pinace descripta sunt. Fecimus enim ingentem, cuius longitudo ab Austro in Septentrionē est pedum 8. latitudo quinque, in eoque nominibus Hebraicis & Latinis cuncta distinximus. Mirabilem lucem ea adfundit sacrae lectioni: Habemus etiam præ manu Τοπικὰ ὀνόματα ἐκ τῆς ἱεραρχίας, opus ab Eusebio Pamphilo Cæsaræ Episcopo Græcè scriptum neque vnquam editum, cum versuōne B. Hieronymi inulto quam hæctenus vulgata fuit pleniore & emendatiore: quibus addidimus Supplementum.


SEPTENTRIO 1795.



MANSIONES XLII IN DESERTO EX NUM XXXIII

| | | | |
|----|------------------|----|----------------|
| 1 | Egypti ca. | 24 | Thare. |
| 2 | Maab. | 25 | Maabca. |
| 3 | Scyth. | 26 | Hafmona. |
| 4 | Ebron. | 27 | Asfereth. |
| 5 | Phaharoth. | 28 | Ebron Jacan. |
| 6 | Mara. | 29 | Gidgad. |
| 7 | Ebron. | 30 | Jethon. |
| 8 | Law. Suph. | 31 | Hebron. |
| 9 | Daf. SIN. | 32 | Afrongaber. |
| 10 | Daphca. | 33 | CADES. |
| 11 | Amr. | 34 | Mor mens. |
| 12 | Expitiam. | 35 | Salmona. |
| 13 | Daf. SIMAI. | 36 | Phanon. |
| 14 | Et. Tel. Concap. | 37 | Orah. |
| 15 | Hebron. | 38 | Lehabarim. |
| 16 | Mitha. | 39 | Diron Gad. |
| 17 | Remm. Phares. | 40 | Helman. |
| 18 | Leba. | 41 | de Bethan. |
| 19 | Refin. | 42 | Averim. |
| 20 | Cadala. | 43 | Montus. |
| 21 | Sapher mens. | 44 | CAMBESTRA. |
| 22 | Arada. | 45 | MOAB vbi Abel. |
| 23 | Maccab. | 46 | Sithim. |
| 24 | Thamad. | | |

Milichior Tavernier scriptor
de eundis A 1628.



ORA ASIÆ CIRCA PONTVM EVXINVM ET MÆOTIM:

ex Plin. lib. VI. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6.




PONTVS EVXINVS antea ab inhospitali feritate AXENOS appellatus, & ipse in Europam Asiamque funditur. Angustia ad Hellespontum sunt DCCCLXXV. pass. Ad Bosphoros duos, vel bubus meabili transitu. Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanitas concors. Alitum quippe cantus canumque latratus inuicem audiuntur, vocis etiam humanæ commercia, inter duos orbis meante colloquio. Mensuram Ponti à Bosphoro ad Mæotium lacum quidam fecere XIII. XXXVIII. mil. D. pass. Eratosthenes c. minorem. Agrippa à Calcedone ad Phasin X. M. Inde Bosphorum Cimmericum CCCLX. m. Nos intervalla generatim ponemus cõperta in nostro ævo, quãdo etiam in ipso ore Cimmerico pugnatum est. Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhæsum dixerunt. Deinde Psillis. Portus Calpas. Sangarius fluuius ex inclytis. Oritur in Phygia, accipit vastos amnes, inter quos Teribrogium & Gallum: idem Sangarius à plerisque dictus Coralius: à quo incipiunt Maryandini sinus, oppidumque Heraclea, Lyco flumini oppositum. Abest à Ponti ore M. ducentis. Portus Acone veneno aconito dirus, Specus Acherusia. Flumina Pedopiles, Callichorú, Sonantes. Oppidú Tium, ab Heraclea XXXVIII. m. pass. Fluuius Bilis. Ultra gens PAPHLAGONIA. Oppidum Mastya Milesiorum, deinde Cromma. Sesamum op. quod nunc Amastris. Mons Cytorus à Tio LXIV. m. pass. Oppida Cimolis, Stephane, Amnis Parthenius, Promontorium Catambis, vasto excursu. Abest à Ponti ostio CCCXV. mil. pass. vel, vt aliis placuit, CCCL. Tantundè à Cimmerico; aut, vt alij maluerunt, CCCXII. m. pass. Flumen Varetum, Gens Cappadocum. Oppidum Gaziura & Gazelum. Amnis Halys, à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamque decurrens. Oppida Gangre, Carissa, Amisum liberum, à Sinope CXXX. mil. pass. Eiusdemque nominis Sinus, tãti recessus, vt Asiam penè Insulam faciat, CC. m. pass. haud amplius per continentem ad Issicum Ciliciæ sinum: quo in omni tractu proditur tres tantum gentes Græcæ iure dici, Doricam, Ionicam Æolicam, cæteras Barbarorum esse. Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum: Visto eo Pompeiopolis utrúmque appellatum est. In ora amnis Thermoodon, ortus ad Castellum quod vocant Phanaræam, præterque radices montis Amazonij lapsus. Fuit oppidum eodem nomine, & alia quinque, Phamizonium, Themiscyra, Sotira, Amasia, Comana, nunc Manteum. Flumen Sidenum, quo alluitur oppidum Polemonium, ab Amiso CXX. m. pass. Inde flumina, Iasonium, Melanthium, & ab Amiso CLXXX. mil. pass. Pharnacea oppidum. Tripolis castellum & fluuius. Item Philocalia, & sine fluuio Liuiopolis: & à Pharnacea C. mil. pass. Trapezus liberum, vasto monte clausum. Ultra quod gens ARMENOCHALYBES, & MAIOR ARMENIA, XXX. millibus pass. distans. In ora ante Trapezunta flumen Pixites. Ultra gens est Sannorum Heniochorum. Flumen Absarum cum castello cognomine, in faucibus, à Trapezunte CL. mil. pass. & c.



AD AFRICÆ PERIPLVM.



FRICA & fuit, & habitari multis ante sæculis cœpit, quam ad eruditos Græciæ viros eius peruenit cognitio: semper enim in natura inque civili vita res scientiam, hæc narrationem siue historiam tempore & natura antecedit. Primos autem Africæ incolas ex vicina Asia illuc transmigrasse, notum est iis qui sacros Pandectas legerunt. Nomen habet regio ab Afro Abrahæ filio ex Cethura: dicitur, inquit B. Hieronymus Quæstionibus Hebraicis in Genesim, vnus ex posteris Abrahæ duxisse aduersus Iybiam exercitum, & ibi victis hostibus consedisse, eiusque posteros ex nomine atavi AFRICAM nuncupasse. Huius rei testis est Alexander qui cognominatur Polyhistor, & Cleodemus cognomento Malchus, Græco sermone Barbaram historiam retexentes. Sed Africæ nomen à parte vna ad totam postea regionem derivata est, quod in Europa & Asia quoque accidit. Fatentur autem Gentiles, Pharusios Persarum colonos esse: hi enim comites quondam Herculis fuisse dicuntur ad Hesperides tendētis. Sallustius ex Afrorum relatu narrat, Medos, Persas, & Armenios Herculis comites, postquam ille in Hispania obiisset, nauibus in Africam transuectos, proximas mari Mediterraneo sedes occupasse. Ac Persas quidem magis in Oceanum abiisse, & à crebra mutatione agrorum NYMIDAS dictos fuisse, alueosque nauium inuersos pro tuguriis habuisse. Medos quoque Barbara lingua MAVROS vocatos. Hanno Carthaginienum Dux Punicis rebus florentissimis iussus explorare ambitum Africæ, magnam eius partem circumuectus, Commentarios de eare edidit, quibus testatus est, non maria sibi sed comitatum defuisse. Iuba Ptolemæi pater, is qui primus vtrique Mauritanix imperauit, studiorum suorum librorumque claritate nobilior etiam quam regno, multa de Africa, deque Atlante scripsit, quæ temporū edax absumptis iniuria. Plinius de Africæ periplot multa scribit, quam constat non minus olim obiri potuisse, quam nunc. Nos Polybium hoc tempore delegimus, ab ipso citatum, fideique inconcussæ. Is à Scipione Æmyliano, quo tempore Carthaginem oppugnabat, cum classe missus ad lustrandam oram hæc prodidit. Portus est Rutubis (*Maximara*) à Lixo, (*Arox*) cccxiii, m. p. Promontoriū Solis, *Cabo Cantin*. Portus Risardit, *Tednest*, Getuli Autololes, *Maroccani*. Flumē Cosenus, *Riuere de Marocque*, Gentes Scelatili & Masati. Tum flumen Masatur (.....) Hinc flumen Darat, in quo Crocodili gignuntur, *Riuere de Senega*, estque ad grad. 15. latit. borealis. Deinde est Sinus DCXVI. m. p. *le Golpbe de Guinee*, qui includitur montis Barcæ Promontorio excurrente in Occasum. Promontorium ipsum vocatur Surrentinum. Sequitur postea flumen Palsuan, *Biafar*, quinque gradibus cis Æquatorem. Ultra sunt Æthiopes Perorsi Oceanum attingentes, *Belastra*. His iungi ait Mediterraneos Getulos. Tum in ora ponit Æthiopas Daratiras, *Manicongo*, trans Æquatorem. Flumē Bambotum Crocodilis & hippopotumis refertum, *Riuere de Zaire*. Ab eo montes esse ait perpetuos, vsque ad eum quam Græci Theôn ochema vocabant, *Cabo Negro*. Inde ad Promontorium Hesperium dicit esse nauigationem dierum & noctiū decem. Nemini iam dubium esse potest, quin Keras istud sit *Caput Bona spei*, quod Anno MCCCCXCVIII. Vasco Gama, auspiciis Ioannis Regis Lusitanix superauit: ipse enim littorū ductus nos eò misit. Addit Polybius, medio spatio inter Hesperium Keras & Theon Ochema esse Atlantem montem, ab aliis in extrema Mauritania locatum. Ptolemæus à Sinu Arabico littora Africæ perducit ad Aromata, Promontorium Notium, Rhaptum, & Prassum. Cætera ex Ariano sic supplenda sunt, *Qui hæc loca excipit Oceanus, quum nondum percognitus sit, stectitur in Occasum, & quersis partibus* *Libia Lybia & Africa versus Meridionem p. atensus, Occiduo miscetur mari.*




Tot Africa a Mari Atlantico cum
 inferiore Aegypti continet trigis-
 sic centena milia & 40 mil. pas.
 Ab Oceano ad Carthagenam usque
 sunt XVI centena mil. pas.
 Inde ad ostium Nili Canopicum sunt
 XVI centena milia & 29 mil. pas.
 A Tingo ad Canopum sunt XXXV centena
 mil. & 99 mil. pas. secundum Isidorum.
 Artemidorus 40 mioris passit.

Theon Ochema Hinc
 ad Keris Hesperium
 navigatio est quae
 inde Plin ad Pl. Cap.

Promontorium istud primum
 patris magister superavit Vasco
 Gamae A 1498 imperio Leonis
 Portugaliae


Keris vel Promont Hesperium
 vnde navigatio est adierum et in Africa
 athen ad Theon Ochema Plinius ex Polybio



MAVRITANIÆ duæ, Extima siue Tingitana vel Bogudiana; & Bochi, quæ postea
Cæsariensis, ex Plinio.



RINCIPIA AFRICÆ terrarum MAVRITANIÆ appellantur, vsque ad C. Cæsarem Germanici filium; regna sœuitia eius in duas diuisa Prouincias. Promontorium Oceani extimum Ampelusia nominatur à Græcis (*Cabo Sparcelle*) Oppida fuere, Lissa, Cotes, vltra columnas Herculis; nunc est Tingi (*Tanger*) quondam ab Antæo conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret appellatum Traducta Iulia. Abest à Belone (*Tariffa*) oppido Bæticæ proximo traiectu xxx. m. pass. Ab eo xxv. m. pass. in ora Oceani Colonia Augusti Iulia Constantia (*Maximara*) Zilis, (*Arzeilla*) ditioni Regum exempta, & iura in Bæticam petere iussa: & ab eâ xxxii. m. pass. colonia à Claudio Cæsare facta, Lixos, (*Lusso*) vel fabulosissimè ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, & Hesperidum horti. Adfunditur autem huic æstuarium è mari, flexuoso meatu, in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Amplectitur in se Insulam, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore, non tamen totam æstus maris inundat. Exstat in ea & ara Herculis, nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profectò mirentur portentosa Græciæ mendacia, de iis & amne Lixo prodita, qui cogitent, nostros nuper paullo minus monstrifica de iisdem tradidisse: Prævalidam hanc vibem, maioremque Carthagine magna: prætereà ex aduerso eius sitam, & propè immenso tractu à Tingi; quæque alia Cornelius Nepos auidissimè credidit. Ab Lixo xl. m. pass. in Mediterraneo altera Augusti colonia est Babba, Iulia Campestris appellata (*BeniTendi*) & tertia Banasa lxxv. m. p. Valentia cognominata, *Tefensaca*. Ab eâ xxxv. m. pas. Volubile oppidum, tantundem à mari vtroque distans (*Fesse*) & in ora à Lixo l. m. pass. amnis Subur (*Subu*) præter Banasam coloniam defluens, magnificus & nauigabilis. Ab eo totidem m. pass. oppidum Sala (*Sella*) eiusdem nominis fluuio impositum, iam Solitudinibus vicinum, elephantorumque gregibus infestum, multò tamen magis Autololum gente (*ceux qui sont par dessus le Royaume de Fez*) per quam iter est ad montem Africæ vel fabulosissimum Atlantem. E mediis hunc arenis in cœlum attolli prodiderunt, asperû, squallentem, quâ vergit ad littora Oceani, cui cognomen imposuit. Eundem opacum, nemorosumque, & scatebris fontium riguum, quâ spectat Africam, fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunquam satietas voluptatibus desit. Cætera petantur ex Plinij libro V. capite I. Addantur præsertim ea quæ capite II. scribit de TINGITANIA, BOGVDIANA, BOCHIANA, CÆSARIENSI: Nos in tabula exactè omnia & bona fide expressimus. Verba Plinij, spatii exclusi artioribus, non potuimus hoc loco ponere.




**MAVRITANIAE
OVAE BOGVDIANA
ET BOCHIANA
ex Ptoleio**

INTERVALLA LOCORVM
*Vivula Mauritanica longitudo est 829 m.p.
 Latitudo 176 m.p.
 Tingitana longitudo est 176 m.p.
 Finem Amalaga ab est a Caesarea 193 m.p.
 Tingi qua Col Julia Traiecta ab
 est a Betous Baetica trajecta 30 m.p.
 A Tingi ad ZILBA qua Col Aug. 25 m.p.
 Julia Olfonthe 32 m.p.
 Himo ad LEXVM qua Col Claudij
 Caesarea 32 m.p.
 A Livo ad BABBAE qua Col Aug. 40 m.p.
 Julia Corcepstres, 40 m.p.
 ad BANASAM, qua Col. Valertha 75 m.p.
 Ab ea ad Volubila 79 m.p.
 A Livo ad Subur flumen magnificum
 et mirabile 50 m.p.
 Inde ad Salan ripidum Et flumen 50 m.p.
 Vivula Mauritanica Longitudo est
 DECCXXXIX m.p. Latitudo CCCCLXXVII m.p.*

*Atlas maior quem Sertorius
Pamphilius primus Romanorum
haec transgressus est*

*IVBA Ptolemaei patris primus viri MAVRITANIAE
imperavit vir studiosorum claritatis memorabilior quam regno*

Melchior Tavernier sculp. A. 1628



AFRICA propriè dicta, siue ZEVGITANA, & LIBYA Plinij.




Tucca ZEVGITANA regio, & quæ propriè vocetur Africa, est. Tria Promontoria, Candidum, mox, Apollinis, aduersum Sardinia; Mercurij, aduersum Sicilia, in altum procurrentia, duos efficiunt Sinus, Hipponensem, proximo ab oppido quod Hipponem ditutum vocant, Diarrhyton à Græcis dictum, propter aquarum irrigua: cui finitimum Theudalis, immune oppidum, longius à littore. Dein, Promontorium Apollinis, & in altero sinu Utica, ciuium Romanorum, Catonis morte nobilis. Flumen Bagra; locus Castra Cornelia; Colonia Carthago, magnæ in vestigiis Carthaginis; Colonia Maxula: Oppida, Carpi, Misua, & liberum Clupea, in Promontorio Mercurij. Item libera Curubis, Neapolis. Mox Africa ipsius alia distinctio, Libyphœnices vocantur qui Byzaciû incolunt. Ita appellatur regio ccl. m. pass. circuitus, fertilitatis eximia, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adrumetum, Ruspina, Thapsus. Inde Thenæ, Macomades, Tacape, Sabrata, contingēs Syrtim minorem, ad quam Numidia & Africa ab Ampsaga longitudo DLXXX, m. pass. Latitudo, quâ cognitum est, cc. mil. Ea pars quam Africam appellauimus, diuiditur in duas Pro-uincias, Veterem & Nouam, discretas fossa, inter Africanum sequentem & Reges, Thenas vsque producta; quod oppidum à Carthagine abest CCXVII. mil. pass. Tertius Sinus diuiditur in geminos, duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari ditos. Ad proximam, quæ minor est, à Carthagine CCC. mil. pass. Polybius tradit: ipsam c. mil. pass. aditu, CCC. mil. ambitu. E terra autem Syderum obseruatione ad eum per Deserta arenis, perque serpentes iter est. Excipiunt Saltus, repleti ferarum multitudine, & introrsus Elephatorum Solitudine. Mox deserta vasta, vltraque Garamantes, ab Augylis dierum XII. itinere distâtes. Super illos fuere gens Psylli, super quos Lacus Lycomedis, desertis circundatus. Augylæ ipsi medio ferè spatio locantur ab Æthiopia quæ ad occidentem vergit, & à regione quæ duas Syrtes interiacer, pari vtrimque intervallo; sed littore inter duas Syrtes ccl. mil. pass. Ibi ciuitas Oëensis, Cynips fluuius ac regio. Oppida Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quæ cognominatur Magna. Inde Syrtis maior, circuitu DCXXV. m. pass. aditu autem CCCXIII. mil. pass. Inde accolit gens Cisi-pidum. In intimo Sinu fuit ora Lotophagon, quos quidâ Alachroas dixere, ad Philænorum aras. Ex arena sunt ex. Ab his non procul à continente Palus vasta, amnem mittens Tritonem, nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho. Promotorium quod maiorem Syrtim includit Borion appellatur. Vltra Cyrenaica Pro-uincia est.



CYRENAICA PLINII. ex libro V. cap. V.



CYRENAICA eadem **PENTAPOLITANA** regio illustratur Ammonis oraculo quod à Cyrenis abest cccc. mil. pass. Fonte Solis, Urbibus maximè quinque. Berenice, Arsinoë, Ptolemaïde, Apollonia, ipsaque Cyrene. Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperia (nunc *Berbich*) vagantibus Græciæ fabulis. Non procul ante oppidum, fluuius Lethon, Lucus sacer, ubi Hesperidum supradictorum horti memorantur. Abest à Lepti cccLxxxv. mil. pass. Ab ea Arsinoë, Teuchira vocitata XLIII. mil. pass. (*hodie Toncara*) Et deinde Ptolemais, antiquo nomine Barce (nunc *Ptolemeite*) xxii. mil. pass. Mox ccl. mil. Promontorium Phycus (Itali nautæ vocant *Cabo de Carena*, accolæ *Raxafen*) per Creticum mare excurrit, distans ccl. mil. pass. à Tænaro Laconicæ Promontorio; à Creta verò ipsa cxxv. mil. pass. Post id Cyrene (*Corena*) à mari xi. mil. pass. A Phycunte Apolloniam xxiiii. mil. passuum. Ad Chersonesum lxxxviii. mil. passuum. Vnde Catabathmum (*Cabo de Alber*) ccxvi. mil. pass. Accolūt Marmatidæ, à Parætonij (*Porto Rassa*) fermè regione ad Syrtim vsque maiorem porrecti. (Parætoniorum ciuium meminit Numus Titi ΠΑΡΑΙΤΩΝΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ.) Post eos sunt Araraucoles, & iam in ore Syrtis Nasamones, quos antea Mosammones Græci appellauere, ab argumento loci, medias inter arenas sitos. **CYRENAICVS** ager xv. mil. pass. latitudine à litore, & arboribus fertilis habetur. Intus eodem spatio frugibus tantum. Mox xxx. mil. pass. latitudine, & ccl. mil. pass. longitudine lasere modò: (gummi est odoratum *belgoi*, ex planta laserpitio, quam Græci *Σίφιου* vocant.) Post Nasamones Hasbitæ & Macæ viuunt. Ultra eos Hammanientes, xi. dierum itinere à Syrtibus maioribus ad Occidentem, & ipsi quaquaversum harenis circumdati. Puteos tamen haud difficiles, binum fere cubitorum inueniunt altitudine, ibi restagnantibus Mauritanicæ aquis. Domos sale e montibus suis exciso, ceu lapide, construunt. Ab his ad Troglodytas hiberni occasus plaga dierum iv. iter, cum quibus commercium gemmæ tantum, quam carbunculum vocamus, ex Æthiopia veat. Proximo bello quod cum Oensibus gessere Romani iniitiis Vespasiani Imperatoris, compendium viæ quatruidi deprehensum est. Hoc iter vocatur Præter caput saxi. Finis Cyrenaicus Catabathmos appellatur, oppidum, & vallis repente conuexa. Ad eum terminum Cyrenaica Africa: à Syrti minore decies centena lx. mil. pass. in longitudine patet. In latitudine quæ cognitum dccc. Ea quæ sequitur regio **MAREOTIS LIBYA** appellatur, Ægypto contermina. Tenent Matmarides, Adirmachidæ, dein Mareotæ. Mensura à Catabathmo ad Parætonium lxxxvi. mil. pass. In eo tractu vicus Apis interest, nobilis religione Ægypti locus. Ab eo Parætonium xii. mil. pass. Inde Alexandriam c. mil. pass. Latitudo clxix. est. Eratosthenes à Cyrenis Alexandriam terrestri itinere dccv. mil. pass. prodidit. Hæc Plinius multò quam Strabo aut Mela exactius, nam istius æuo nondum ad regiones illas Romanorum arma pertigerant. Primus Cornelius Balbus, sicut superiore Tabula ostendimus, Garamantes accessit & vicit. Post eum Vespasianus Oensibus bello petiit, sicut à nobis iam dictum est.



100
100

ÆGYPTVS INFERIOR EX AMMIANI MARCELLINI libro XXII.



ÆGYPTVM Mela & Plinius Asiæ accensent, qui communem Africæ Asiæque limitem ponunt Nilum: Est autem Ægyptus duplex, Superior, quæ vicinior est fontibus, & inferior, in qua septem nobilissimi fluminis ostia. Superiorem spectare licet in Tabula quæ continet Cyrenaicam siue Pentapolin. Inferioris poteramus descriptionem dare ex Plinio aut Mela, sed malui, varietatis studio, & vt in claro lumine collocarem obscuram narrationem, & vt Lectori hoc tempore occasionem darem conferendi Regis nostri LVDOVICI XIII. ad Rupellam moles Oceani furētis æstibus oppositas, cum Heptastadio, quo Cleopatra Pharum insulam continenti iunxit, hoc loco Ægypti descriptionem dare ex Ammiano Marcellino. Sic ergo ille. *In Augustamnica PELVSIVM oppidum est nobile, quod Peleus Achilles pater dicitur condidisse, lustrari Deorum monitu iussus in lacu qui eiusdem ciuitatis alluit mœnia, quæ post interfectum fratrem nomine Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur; & CASSIVM, vbi Pompei sepulchrum est Magni, & OSTRACINE, & RHINOCOLVRA. ÆGYPTVS ipsa, quæ iam inde vt Romano imperio iuncta est, regitur à Præfectis, exceptis minoribus multis, ATHRIBI, & OXYRYNCHO, & THMVI, & MEMPHI, maximis vrbibus nitet. ALEXANDRIA enim vertex omnium est ciuitatum, quam multum nobilitant & magnificentia conditoris altissimi, & architecti solertia Dinocratis, qui quum ampla mœnia fundaret & pulchra, penuria calcis ad momentum parum reperta, omnes ambitus lineales farina resperfit. Ibi auræ salubriter spirantes, aër tranquillus & clemens, atque vt periculum docuit per varias collectum atates, nullo penè die incolætes hanc ciuitatem Solem serenum non vident. Hoc litus ne fallacibus & insidiosis accessibus adfligeret vt antehac nauigantes discriminibus plurimis, excogitauit in portu Cleopatra turrim excelsam, quæ PHAROS à loco ipso cognominatur, præluce nauibus nocturna suggerens ministeria, quum quondam ex Parthenio pelago venientes aut Libyco, per pandas oras & vacuas montium nullas speculas vel collium signa cernentes, harenarum inlisc glutinosæ molliæ frangerentur. Hac eadem Regina HEPTASTADIVM, sicut vix credenda celeritate, ita magnitudine mira construxit, ob causam notam & necessariam. Insula PHAROS, vbi Protea cum phocarum gregibus diuersatum Homerus fabulatur, à ciuitatis littore mille passibus disparata, Rhodiorum erat obnoxia vestigali. Quod quum inde quidam numium quantum petaturi venissent, femina callida semper in fraudes, solemnium specie feriarum isdem publicanis secum ad suburbana perductis, opus iusserat irrequietis laboribus consummari, & septem diebus totidem stadia molibus iactis in mare, solo propinquanti terræ sunt vindicata. Quò cum vehiculo ingressa; Errare ait Rhodios, Insularum non Continentis portorium flagitantes. Nos dum hæc scriberemus, alleæi argumenti adfinitate sic ludebamus ex tempore.*

IN REGEM FRANCORVM LVDOVICVM XIII.

*Magnus Alexander summo tibi cedit honore,
 Adfurgit meritò, REX, Cleopatra tibi,
 Iunxerit ille Tyrum terris licet, & licet altam
 Deludens Rhodios, iunxerit ista Pharon.
 Est aliquid domuisse fretum, sed cogere quanto
 Est maius totum molibus Oceanum?*

